



Georg 1103



Georgs-B.

456

7/58



Sermo de Pe-
nitentia P. Martini Lu-
ther Augustiniani
Wittenbergensis.



¶ Sermo de poenitentia. P. Martini Luther Augustiniani Vuittenbergensis.



DE indulgētiis saepe locut⁹ sum uobis, donec id me-
ruerim/ut haeretic⁹ accuser. Ut aut rem ipam tene-
atis, possitisq; uosipi cū illis pferre, ecce pcedam
iuxta eorū sentētiā, nisi ubi loc⁹ fuerit mea interse-
rēdi. Igit eorū sentētia, Poenitētia diuidit in tres
partes, quæ sūt. Cōtritio, Cōfessio, Satisfactō. PRI-
MA, Cōtritio (sic em̄ cepit uocari uera poenitētia interior) du-
plici uia parat. Pri^o, per discussiōē/ collectiōē/ detestatiōē pec-
catorū, q̄ qs (ut dicūt) recogitat annos suos in amaritudie anjæ
sua. ponderādo pctōrū grauitatē, damnū, fœditatē, multitudinē,
deide, amissionē æternæ bñtudinis, ac æternæ damnatiōis acqui-
sitiōē, & alia, quæ pnt tristitiā & dolorē excitare. Hæc aut cōtritio
facit hypocritā, immo magis pctōrē, qā solū timore pcepti, & do-
lore damni id facit. Et tales oēs indigne absoluūtur & cōcantur,
Et si libere deberent (remōto pcepto, & minis poenæ) confiteri,
certe dicerēt, sibi non displicere eā uitā pteritā, quā sic cogunt dis-
plicere cōfiteri. immo, quo magis timore poenæ, & dolore damni
sic cōterunt, eo magis peccāt & afficiunt suis pctis, quæ coguntur
nō aut uolunt/odisse. Siquidē lex & cognitio peccati/magis abū-
dare facit pctm̄. ut Apłus ait ad Roma. v. Et hæc est illa cōtritio,
quā ipi uocāt, extra charitatē, non meritoriā. Alii uocāt attritiōē
proxime disponētē ad cōtritiōē (Sic em̄ ipi opinant) quā opi-
nionē errorē ego iudico. ¶ Secūdo parat per intuitū & contēpla-
tionē speciosissimæ iustitiæ, q̄ qs ī pulchritudine & specie iustitiæ
meditatus/in eam ardescit/& rapit, incipitq; cum Solomone fieri
amator sapiētiae, cuius pulchritudinem uiderat. Hæc facit uere poe-
nitentē/ quia amore iustitiæ id facit, & hi sunt digni absolute.
exēpli grā. Si uis poenitere de luxuria, nō incipias numerare uitia,
fœditates, damna eius. Nā hæc nō diu tibi durabūt, quū sit uiolē-
ta cōtritio ex ui pcepti facta: sed intēde in spēm castitatis, atque
ad cōmoda ei⁹ pulcherrā, ut ipsa tibi intime placeat, sic de om̄i-
bus aliis uirtutib⁹. Sed hic regla talis notāda est, q̄ intuit⁹ uirtutū
fit dupliciter. Abstractiue seu per se, & sic carnalē hoīem parū mo-
uēt, quo mō tradit per uerbū pdicatiōis, sic em̄ nō nisi speculatiue
ui def. Cōcretiue siue per aliud, hoc est (exēpli grā) ut intuearis

hoies,
inde f
pla ps
pueris
ratē/c
cer als
suā cō
& ipse
& cōt
num
nis, si
nō es
staur
tæ po
ba uir
stator
malā
ne uir
fere s
ra m
ut no
tiam
tibi d
exhil
bilis
odia
Amo
re. &
sic o
re q̄s
turo
delp
bet e
em̄ e
Igit
tuo
sum
dile

hoies, q tali uirtute lucet, quorū oīm speculū primū est Chrus, de
inde sancti in celo. uerū rudē & incipientē/ maxie mouent exem-
pla p̄sentia & sui seclī. Ideo uirginitatē in uirginib⁹ & innocētib⁹
pueris intuerē, usq; dū gemas a facie pulchritudinis ei⁹. Sic casti-
tatē/charitatē/patientiā/reliquasq; oēs. Sic em̄ B. Anselmus do-
cet ascendere ad amorē dei ex amore hoīs boni. Sic B. Augustin⁹
suā cōtritiōnē hausit ex intuitu illoꝝ, quos ex Pontiano audiuit.
& ipse cōfitef eccliam sibi ostēdisse plenis manibus exēpla uirginū
& cōtinentiū, & sic odore illo optio allecū. Sic & Ap̄tus se esse bo-
num odorē, aliis in uitā, aliis in mortē. Signū est em̄ ueræ p̄tritiō-
nis, si inspecto hoīe casto/humili/benigno/suspīres ex corde, quia
nō es talis. Sic & ecclia orat, ut deus nos per exēpla sctōrū suoꝝ re-
staret. Et B. Augustin⁹ li. viii. cōfess. Psal. cxix, sic exponit. Sagit-
tæ potētis acutæ cū carbonib⁹ uastatorib⁹. Sagittas interpretās uer-
ba uirtutes p̄dicantia/ ad abstractiuā cognitionē. & carbones ua-
statores/ exēpla sanctorū uastātia oēm linguam dolosam, immo
malā cupiditatē. Sic admirabili sapientia dei fit, ut nullus sibi be-
ne uiuat. Et sapius fit, ut boni aliis profint/ dum nesciunt, immo
fere semper nesciūt, q dū incedūt simpliciter, alii eorū uerbis & ui-
ta. mouent miro affectu. Deniq; & pueri infantes uita nobis uiuūt/
ut nobis innocētia spēm suauissime cōmendent, atq; ad p̄nitē-
tiam puocent. Sūt em̄ uiua monitoria. Nō est itaq; q queruleris
tibi deesse uirtutū exēpla uiua. pueros intēde, sicut Chrus docuit/
exhibēs paruulū discipulis suis. Hæc est p̄nitētia iucūda/ uera sta-
bilis/ & ex spū nata. Ratio oīm p̄dictorum est. Impossibile est, ut
odias aliqd uero odio & p̄fecto, cui⁹ cōtrariū nō pri⁹ dilexeris.
Amor semper est prior odio, & odiū natura & spōte fluit ex amo-
re. & sic nascit̄ zelus, q est irat⁹ amor. .i. odiū mali propter bonū)
sic odiū peccati & detestatio uitæ p̄teritæ/ nulla cura/ nullo labo-
re q̄sita/ ueniūt sua spōte. Alioq; peruersiss̄mo ordīe/ & nunq; p̄fur-
turo studio quærit̄ amor iustitiæ/ per odiū p̄ti, immo machina
desperatiōis & deiiciēdi ani est talis peruersitas. P̄nitētia em̄ de-
bet eē dulcis, & ex dulcedine in irā descēdere/ ad odiū p̄ti. Amor
em̄ est uiculū perpetuū, q̄a uolūtariū. Odiū tēporale, q̄a uiolētū,
Igit̄ persuade homi/ primū, ut diligat iusticiā / & sine magisterio
tuo cōteref de p̄tō, diligat Chm, & statim sui p̄digus odiet seip-
sum. Sic Psal. xliiii. Dilexisti iusticiā & odisti iniquitatē, pri⁹ inquit
dilexisti iusticiam, & sic odisti iniquitatē &c. A ii

¶ Corollarium.

¶ Plus tibi discutiendū est p̄fessuro, quātū diligas iusticiā, q̄ quā-
tū odias p̄tā. multoq; maiore, immo solo hoc labore tibi cogi-
tandū est, quō futurā uitā agas bonā, q̄ quō deseras aut odias prae-
teritā malā. Verissimū est enī puerbiū, & oī doctria de cōtritiōib⁹
hucusq; data p̄stantius. Quo dicis teu. Nymmer thun, die hochste
pus. Optia p̄nitentia noua uita. Sicut & Ap̄tus sonat ad Gala. vi.
In Ch̄ro, neq; circūcisio, neq; p̄putiū aliqd ualeat, sed noua creatur-
ra. Proinde p̄fessur⁹, id potissimū, & añ oīa tecū cogita, qd faceres,
si nō esset p̄ceptū cōfiteri, si nulla esset q̄dragesima, si nulli p̄fiterē-
tur, si null⁹ esset pudor, sed oīs oīm plenaq; libertas, An etiam sic
uelles cōfiteri, cōteri, p̄nitere? q̄ si te nō ita iuenies, iā scito te nō
ex amore iusticiā, s̄ p̄suetudinē & r̄iore p̄cepti p̄nitere, atq; malle
sequi turbā, si oībus liceret nō p̄nitere. Si aut̄ uelles (etiā si null⁹
p̄niteret, cōfiteret, cōtereret, atq; adeo, si totus mūdus aliter age-
ret) nec p̄cepti habita rōne, p̄nitere, sed amore nouae uitae, & me-
lioris, iā uere p̄nites. Ecce hoc est qd illi solēt dicere, q̄ cōtritiō i
charitate facta, facit remitti p̄tā. Qd uerbū nescio, si oēs intelli-
gūt, qui tam frequēter ip̄m in ore uersant, hoc scio, obscurissimū
esse, nec a me aliqū intellectū. Hic uero iuenies (si nō uis men-
tiri) te nō esse talē, sed poti⁹ uelles, ut prior uita liceret, q̄a sentis te
om̄ino adhuc inclinari ad uitā priorē. Sic & B. Augusti. p̄fiter in cō-
tritiōe sua, se fuisse sollicitatū de uita p̄terita, immo si recte perpē-
das hāc dicta, facile dices, nullū hoīem esse i mūdo, q̄ hāc cōtriti-
onē habeat, uel saltem paucissimos. Et de me ip̄o cōfiteor similia
oīno. Et si uere ac libere uelis cōfiteri, remoto deo, p̄cepto, p̄ena,
gaudio, scio dices. Si null⁹ esset de⁹, null⁹ ifernus, certe uix p̄ni-
terē, Scio inq; talē eē tuā cogitationē, q̄tūlibet foris p̄tritionē ostē-
das. Quid ergo hic faciemus? Oportet nō esse tales, & nō possum⁹
esse tales, oēs ergo dānabimur? Absit. Sed respōdeam⁹. Oportet
ut cognito te tali, nō neges te talē. Sed in angulū uadas, & iuxta cō-
filiū Christi, in abscondito ores patrē tuū in caelis, dicens sine ficti-
one. Ecce optime deus, p̄nitendū mihi p̄cipis, sed talis sum ego
miser, q̄ sentio me nolle, neq; posse. q̄re tuis p̄stratus pedib⁹ oro
misericordiā & grām, fac p̄nitentē, quē iubes p̄nitere. Et sic cū
B. Augusti. ores. Dñe da qd iubes, & iube qd uis. Et cum Ecc̄ia, &
cor p̄nitēs tribue. Hāc inq; oīo & agnitio atq; cōfessio imp̄ni-
tentiae tuae (si ficta nō fuerit) eo ip̄o faciet, ut deus te p̄nitētem

uerū
timen
deest
imp
m̄ti
miter
bit et
ut rog
p̄ti, u
sua ro
as sua
nic se
¶ Co
dum

¶ Co
usq; a
nis dē
p̄nit
gracia
tum,
tritus
& qu
SECV
Prim
talia,
sibile
mort
tor, a
cū hu
ra car
septen
onibu
antur
gāt fr
dupli
feste n
Ab⁹, n

uerū reputer, & licet mīrū adhuc sentias te ad malū incliatū, nō
timere. Hęc cōfessio & oratio faciet, ut Chūs suppleat de suo, qđ
deest de tuo. Atq; ut hęc ofonē facias, nō te retrahat indignitas &
impuritas tua, accede cōfidēter. Quia, si nō ante uis orare deū (ut
mīrū stultissime agunt) qđ fueris mūdus, nunq̄ orabis. Et crede fir-
miter. Qui dedit tibi hanc tui cognitionē pētī, te nō rogante, da-
bit etiā grām oranti. immo ideo dedit cognitionē pētī & iusticia,
ut rogares grām. Sic B. Augusti. cū Ap̄lo dicit per legem cognitio
pētī, ut grā donetur & impetretur. Accipe sile. Gentiles olim idola
sua rogabant, & fiebat qđ petebatur. Et auarus confidit in diuiti-
as suas, & fit sicut uult, quāto magis ille uer⁹ & bon⁹ deus, non fi-
nit se frustra rogari, & in se confidi. ¶ Corol. I.

¶ Contritio uera, non est ex nobis, sed ex grā dei. ideo desperan-
dum de nobis, & ad misericordiam eius confugiendum.

¶ Corollarium. II.

¶ Contritio incipit in pœnitente, sed non cessat per totam uitā
usq; ad mortē, & nō (ut multi putant) durat per horā confessio-
nis dūtaxat. Ecce sic habes, quō intelligas quod dicunt, oportere
pœnitere in charitate, & cū bono pposito, quantū deus auxilium
gratiæ dederit. Nullus debet sacerdoti respondere, se esse contri-
tum, nec sacerdos requirere, nisi qđ potest dicere. Nescio an sim cō-
tritus. Rogo tamē dominū atq; confido, me sua gratia contritū,
& quotidie magis conterendū. Hęc de prima parte.

SECUNDA pars, est p̄fessio sacramētalis, & hic duo sunt notāda.
Primū, ut nullo mō psumas cōfiteri pētā uenialia, sed nec oīa mor-
talia, quia impossibile est, ut oīa mortalia cognoscas. Ad impos-
sibile aut nemo obligatur. Vñ in primitiua ecclia solū manifesta
mortalia cōfitebant, ut patet. i. Cor. v. Si q̄s inter uos est fornicator,
aut auar⁹, aut idolatra, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax
cū huiuscemōi nec cibū sumit. Et illd̄ Gala. v. Manifesta sūt ope-
ra carnis &c. unde multi cōfitent, in quinq; sensibus, septē de nis,
septem sacramentis, octo beatitudinibus, & aliis multis distincti-
onibus peccatorū, uelut id curantes, ut nullū peccatū nō confite-
antur, quū tñ inter ea quāq; nullū, uel uix ueniale sit peccatū, & fati-
gāt frustra sacerdotē, perdūtq; tps, ac aliis sunt impedimēto. Ideo
duplici sis cōfitedi mō instruet⁹. Vno, quo sacerdoti oīa mani-
feste mortalia cōfitearis, qđ difficile sit discerni mortalia a uenia-
lib⁹, nisi sint i corpore māifesto, aut euidēti p̄sensu cordis, ut male

distio furtū / homicidiū / luxuria / detractio / ira / amaritudo &c.
Alio, quo deo cōfitearis reliq̄ oīa. immo, cū B. Iob dicas, uerebar
oīa opera mea, scīs qm̄ nō parcis delinquēti. Et Psal. xviii. Delicta
qs̄ intelligit, ab occultis meis mūda me dñe. Nam pulla sunt ope-
ra nra etiā bona, quin sint p̄tā damnabilia, si de⁹ in iudiciū intret
nobiscū. Sic dicit Psal. cxliiii. Nō intres in iudiciū cum seruo tuo,
qa nō iustificabis ī cōspectu tuo oīs uiuēs. Itē Oīs hō mēdax &c. So-
la uero ista cōfessioe hūili & oratioe nobis ignoscūtur & sūt meri-
toria. Vñ & iussit nobis ut oremus, Dimitte nobis debita nostra.

Quocirca, dū uolum⁹ oīa pure confiteri, nihil aliud facimus, q̄
qd̄ misericordiae dei nihil uolum⁹ relinq̄re ignoscēdū, nec cōfide-
re in eū, sed ī p̄fessionē nram cupim⁹. ac per hoc uolum⁹ securi eē,
nec iuditiū ei⁹ t̄ere, quū tñ ei sit bñplacitū super timētes eū, & ī eis,
q̄ sperāt super misericordiam ei⁹. Hāc ideo dixi, ut sitis p̄moniti atq̄ p̄-
muniti in hora mortis, ubi diabol⁹ nō solū mortalia occ̄ta op-
ponet & magnificabit, sed ex uenialib⁹, immo ex bōis operib⁹ fa-
ciet nō nisi horrenda p̄tā, & totā uitā perditissimā ac damnabilē
ostēdet, ut scias qd̄ facias, scz/ ne tūc dicas. Heu, utinā essem con-
fessus, aut tps̄ habere cōfidenti, ne forte desperes qd̄ ip̄e cupit, sed
confide & dicas. Scio, q̄ oīs uita mea est danabilis si iudicetur. sed
dñs iussit, nō in mea uita, sed ī sua misericordia cōfidere sicut ait,
Confide fili, remittūtur tibi peccata tua. Psal. lxii. Qm̄ melior est
misericordia tua super uitas. Sic em̄ B. Bern. Quū aliquñ mori se cre-
deret perdidit (inqt) tēp⁹ meū, quia perdidit uixi, nec habeo, nisi q̄
cor cōtritū, & humiliatū deus non despiciet. Sic sic timor iudicii
humiliabit te, sed spes misericordiae exaltabit humiliatum.

Secūdū, uide/ne ullo mō te cōfidas absoluti p̄pter tuā cōtritionē.
Sic em̄ super te, & tua opera cōfides. i. pessime praesumes, sed prop-
ter uerbū Christi, qui dixit Petro. Quodcūq̄ solueris super terrā,
solutū erit & in cōlis. Hic inq̄ cōfide, si sacerdotis obtinueris so-
lutionē, & crede fortiter te absolutū / & absolutus uere eris. qa ille
non mentitur / quicquid sit de tua cōtritione. Nam si non crede-
res sententiā pronunctiā super te a deo, qui mentiri nō potest,
ac sic te ueracē & ip̄m mendacē faceres. Nam sententia illa debet
esse rata & certa. ideo mltro magis tibi hic uidendū, quō nihil hu-
ic fidei desit, q̄ ceteris operibus. immo, esto per impossibile, q̄ cō-
fessus nō sit cōtrit⁹, aut sacerdos nō serio, sed ioco absoluat, Si tñ
credat sese absolutū, uerissime est absolut⁹. Tāta res est fides, & tā

potēs
lutos
petrā
ca hū
uider
episc
imper
ipso l
te req
Chrus
rito,
& si el
rissim
dicū
quis e
pecca
q̄ si el
tibi sa
quāto
nullu
sola f
mū e
cat. E
si faci
tio/a
refurg
si hac
temp
si cre

TER
Dicu
operū
genti
ideo

potēs uerbū Chri. Damnabunt itaq, qui nolūt cōfidere sese abso-
lutos/ donec certi sint/se satis cōtritos. Et super harenā/nō super
petrā uolunt domū cōscientiæ suæ ædificare. sic legi in ecclesiasti-
ca historia. q B, Athanasi⁹ ludens cū pueris baptizauit eos, sicut
uiderat fieri a sacerdotibus, & baptizatos iudicauit B, Alexander
episcop⁹. Itē quidā Mun⁹ illudēs/baptizari uoluit ad placendum
imperatorī, & inter ludendū /uiso angelo cū libro, credidit, & eo
ipso ludicro baptismo uere est baptizat⁹. Quare plus est a cōfite-
re requirendū: an credat sese absolui, q̄ an sit uere contritus, sicut
Chrius a cæcis quæsiuit. Creditis me posse uobis hoc facere? Et me-
rito, qa cōtritio nunq̄ est uera satis, q̄ si esset uera/nō est tñ certa,
& si esset certa, nō tamē esset satis. Fides autē & uerbū Chri, sunt ue-
rissima/certissima/sufficiētissima. ¶ Ruit ergo hic error illoꝝ qui
dicūt, q̄ sacramenta nouæ legis sic sunt efficacia gratiæ signa, q̄ si
quis etiā nō sit cōtritus, sed attritus, mō non ponat obicē actualis
peccati uel ppositi mali, grām cōsequatur. Ego autem dico tibi,
q̄ si etiā cōtritus accesseris, & non credideris in absolutionē, sunt
tibi sacramēta in mortem & damnationē. Fides em̄ necessaria est,
quāto minus attritio, uel non positio obicis sufficit. Deniq; talis
nullus est in mundo, q̄ nō ponat obicē, nisi solus is/q̄ credit. Cum
sola fides iustificet, & accedentē ad deū oporteat credere. Verissi-
mū est em̄ dictū illud cōe, nō sacramētū, sed fides sacramēti iustifi-
cat. Et B, August. Abluit sacramētū/ nō qa fit/sed qa credit. Qd̄
si sacramētū nō iustificat/sed fides sacramēti, quāto minus cōtri-
tio/aut nō positio obicis iustificat, sed fides &c. At hic tū quæstio
resurget. Quomodo ergo differunt sacramenta ue. & no. legis,
si hæc æque non dant gratiam sicut illa? Hæc ad aliud pertine-
temp⁹. Satis sit, q̄ sacramenta nouæ legis sunt efficacia signa grā,
si credis, & non amplius.

¶ Hæc de secunda parte.


TERTIA, est Satisfactio, de qua quidē nihil legitur in scripturis.
Dicunt tñ eam duobus modis fieri. Vno mō per impletionem
operū/quæ sunt eleemosinæ/ieiunia/oratiōes. Alio mō per indul-
gentias. Sed de his habetis uulgare sermonem nuper impressum,
ideo ad præsens omitto, legite ibidem.

¶ Lipsiæ, ex officina Melchioris Lottheri,
Anno domini Millesimo quingen-
tesimo decimonono.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

H
00
h















7/58

Sermo de Penitencia P. Martini Lu

